



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Creaturarum varietas, venustas, operantioq[ue], vti nos ad Deum
cognoscendum amantumq[ue] alliciant. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Animam in-
ter tēpus &
æternitatem
esse hic posi-
sam.
Galat. 5.

si media agit. Si foras sese ad tēpus conuertit, æternitatis obliuiscitur, & quicquid diuinum est, illi minuitur & elongatur. Quemadmodum enim ea que eminus cōspiciuntur minora videntur, quam quæ propè, & quanto remotius abscesseris, tanto semper apparent minora: ad eundem modum se habet gratia diuina. Caro etiam nostra semper reluctatur spiritui, eo in festius quod hic domi, ac in natali suo solo existens, auxiliares coniuatostq; sibi habeat amicos, temporaria ista & terrena omnia. At verò spiritus hic non regnum suum habet, sed exilium, fideles suos amicos possidens in cœlis. Quapropter duris pœnitentiæ operibus caro hic est edomanda, ne insolescat aduersus spiritum. Vt igitur homo sanctam quandam diligentiam zelumq; concipiat in mente, nunc sese mortuum reputet quantum alioqui velit nolit, breui mori debet: & quasi anima eius nunc à corpore separata, Deo coniuncta sit in æternitate. Ibi sanè haud ita multū ponderaret quanta corpori suo inferretur in terris, quidve hic in mundo ageretur. Quamobrem viribus superioribus eleuatum semper animum gerens supra seipsum, supraq; omnia, in Deo solo conquiescat: Inferioribus autem viribus deprimens sese infra omnia in suam nihilietatem, cum vera humilitate, nihil amplius de tempore sibi assumat quam necessarium quandam transitum ad finem, qui ei tamen alius non erit, quam æternitas ipsa.

Creaturarum varietas, venustas, operatioque vti nos ad Deum cognoscendum amandumque alliciant.

CAPVT XV.

Deus quomodo agnos-
cendus sit in
creaturis.

Lucæ 16.

IN omnibus creaturis Deum sedulo inuestigabis nulli tamen cum voluptate ad hærebis, quin potius euestigio proficiscere & transi per creaturas cum amore in Deum, qui illas pariter & omnia creauit, qui conseruat, qui que in omnibus illis semper & vbique presens est. In creaturis etenim suis perinde atque in speculo relucet Deus, in quibus etiam obseruari atque agnosci facile potest, quemadmodum artifex in opere suo. Hinc est quod per sensus etiam corporeos Deum inuenire potes, puta quum venustas, nobiles, amabiles creaturas intueris, proximum tibi veniat in mentem, quam speciosus, quam bonus, quam nobilis, quam amabilis earum sit conditor Deus, ex quo solo omnis decor, omne bonum, omnis nobilitas profluxit. Quum suauem audis melodiam, pensa quam suavis sit illa Dei vox, qua electos suos inuitat & consolatur. Quum voluptatis quippiam aut dulcedinis sensibus percipis, cogita superfluentem illam dulcedinem & iubilum qui in Deo est, qui hæc omnia propterea creauit, vt te ad se pertraheret. Vides magnos triumphos, tripudia, & pompam huius mundi, succurrat animo tuo diues ille euangelicus, purpura byssoq; adopertus, epulans quotidie splendide: & quã horrenda supplicia horaria illã lætitiunculã sint subsecuta. Vides iumēta labore suo hominibus ministrãtia, perpède quã iusto Dei iudicio ingrati homines condēnantur, qui ne id quidē impendūt creatori & domino suo, quod bruta animãcia heris suis. Audis quicquã dici vel legi, accuratè obserua cū in aliquo dilectus Dominus tuus isthic reperiri queat, nū aliquid tibi isthic loqui vel mādare velit. Iã mihi pulcherrimos istos cœlorū orbes suspice, quã sublimes sint, quã magni quam rapido cursu

circā rotundum hunc terræ globum, sursum deorsum gyran- & regyran-
tur. Et quam ornate cœlum illud quod firmamentum appellant, conuesti-
uit creator illius ac Dominus innumera micantium stellarum multitudine, a-
dēdē vt minima quæque stellarum quæ nostris patet obtutibus decies octies
maior sit tota terræ sphaera, vna cum Oceano ipso, vt pleriq; sentiunt Astro-
nomi, & res ipsa clamitat ob immensam & incredibilem altitudinem. Huic
supereminet aliud cœlum non stellatum, itidem circumactum: quod in scriptu-
ris vocatur cœlum aqueum: cui itidem imminet aliud cœlum non stellatum
tā circūcursans, quod appellant Primū mobile, eo quod totius mobilitatis om-
nium creaturarum causa sit & origo. Supra hoc aliud adhuc habetur cœlum altis-
simum & pulcherrimum, totum lucidum, purum, & subtilē, quietum semper &
immotum, cœlum empyreum vocatum, quod in se complectitur omnes reli-
quos cœlos incompræhensibili magnitudine & latitudine. Id peculiariter inha-
bitat Deus cum omnibus angelis & electis suis. Tam reuolue quam speciose & ni-
tidæ creaturæ in hoc cœlo existant. Primo mater Dei Maria cum vniuersis Sanctis
& electis: deinde preclari illi & super eminentes spiritus angelici, qui Deum suum
inerrabili amore & iubilatione assidue laudant & contemplantur: in quo e-
tiam omnes nos in hac lachrymarum valle repentes, semper aspiciunt, ad nobis
subueniendū mira charitate succensi. Nihilominus tamen & Deus ipse sine in-
termissione circa nos operatur, nobisq; multo peculiariter, quam angeli auxi-
liatur. Illi tamen Deo quodammodo cooperantur in nobis, quemadmodum sy-
dera soli cooperari & collucere dicuntur in terris. Hæc est nostra beatissima pa-
tria, quæ multis suspirijs merito nobis est petenda. Ad hæc septem planetas atten-
de, qui proprium suum cursum habent subtus infimum cœlum, quorum singuli,
vna duntaxat luna excepta, maiores sunt tota terra. Quantum etiam lucis,
& quantum honorum acerrimum solus ille pulcherrimus sol terris infundit,
presertim, in vere, quum folia, gramina, flores, & fructus erumpunt, homi-
nes & iumenta præ gaudio toti tripudiant. O nobilissime, amabilissimeq; Do-
mine, sit am pulchra, tam amabiles sunt creaturæ tuæ, quam supra modum pulcher, ama-
bilis & beatus es in te ipso? Video & quatuor elementa, terram, aquam, aerem, ignem,
vniūq; illa vere stupenda prodigia quæ in eis sunt, multiplicem illam dissimilitudinem ho-
minum, bestiarum, volatiliū, piscium, & aliarum monstrorū creaturarū, ineffabi-
liter multiplicem ac diuersarū. Quæ omnia quid aliud, quam omnipotentia tua im-
mensæ sapientiæ & bonitati laudem canunt perpetuam? Quis hæc vniuersa continet? quis
nouit? quis pascit? Tu solus vnumquodque aptas secundū modulum suū, tu solus vnicuiq;
eorum singularem aliquam potentiam & donum præstas: occultaq; sunt iudicia tua
super his omnibus pusillis & magnis, pauperibus & diuitibus
qui es verus Deus benedictus in secula,
amen.

Cœlorū or-
bes quomo-
do contem-
plandi
Firmamen-
tum.
Stellarum
quanta fir-
magnitudo.
Cœlum a-
queum.
Primū
mobile.
Cœlum em-
pyreum.

Planetarum
proprietates
quæ.